



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatvs  
Perutilis**

**Gilbertus < Tornacensis >**

**Coloniae, 1571**

**VD16 G 2034**

Cap. XXXI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41678**

TRACTAT. 95

in clesia redire dicitur copatiendo &  
auxiliando lauare uestes, sanctos mu-  
dando, qui tamen usq; ad finē mudi  
nō erūt sine macula, & sine veniali  
aliquo, & haec de officio Missæ suf-  
ficiant. CAP. XXXI.

**S**equitur titulus ad clericum faci-  
endum. In primis igitur interpre-  
tatur Clericus vocabulum suum. **D**escri-  
ptio Mis-  
tæ sacri-  
Cleros enim græcè, sors latine. Pro-  
ficio, e.  
pterèa enim vocantur Clerici, quia iusq; ce-  
sunt de sorte domini, vel quia domi-  
nus sors, id est, pars eorū est, secundū remo-  
nijs, nūc  
illud psal. Dominus pars hæredita-  
tis meæ, &c. Antiquitus enim Ma-  
thias sorte electus, & oës, aës illis  
temporibus ecclesiariū principes ordi-  
nabant, sorte eligebant. **Q**uam au-  
tem modo Clerici sunt, portant ten-  
suram: cuius mysteriū est, q; a capilli  
in capite significant cogitationes in  
mête. Unde Greg. in Moral. Caput  
tondere, est cogitationes superfluas

**D**escr. pto Mis-  
tæ sacri-  
ficio, e.  
remo-  
nijs, nūc  
conse-  
quenter  
tractatde  
ordini-  
bus: &  
primo de  
Clericis  
faciēdis.  
**P**sal. 15.  
**A&t. 1.**

E 4 amente

## 96 DE OFF. EPISC.

à mente resecare. Capilli autem in inferiori parte capitis remanem. Non enim præcipitur Christianus aliquando cogitet de temporalibus, sine quibus præsens vita non transigitur, sed partem animæ, quæ temporali regit, esse debere subdilatam menti, sicut est mulier viri. Círculus verò capillorum virtute equalitatis rationi vndiq<sup>z</sup>, consentientem significat. Tunc enim gubernatur res temporales, si rationi conuenient. Et sic Clericus, sicut dicit Horatius: Fortis & in seipsoniusteres, atq<sup>z</sup> rotundus. Superiorem partem capitis rasořio sapè renouamus, cum forti sollicitudine superfluas & temporales cogitationes di animi nostri superiori parte resecamus: in inferiori parte coronam portamus, cum ea, quæ secundum munidū necessariò gubernare debemus, concorditer cū ratione coequamus.

Uſus

TRACTAT. 97

Usus autem Coronæ à Nazareis Deut. 33.  
exortus est, qui prius crines serua-  
bant, deinde post vitæ continentiam  
deuotione completa caput radebāt,  
& capillos in igne sacrificij pone-  
bāt, ut perfectionem deuotionis suæ  
domino consecrarent. Unde Apo-  
stoli eos qui in diuinis laudibus mā-  
cipati domino erant consecrati, in-  
nouari faciebāt crine deposito qua-  
si Nazarei sint & Sancti. Unde in  
Ezech. Fili hominis, sume tibi gla- Ezech. 5.  
dium acutum, & duces per caput  
tuum & barbā. Ipse enim de gene-  
re sacerdotali & in sanctificationis  
ministerio Domino seruiebat. Hoc  
& fecisse legimus Priscillam & Actor.  
Aquilam, Paulum, & alios quos-  
dam discipulos Christi. Corona eti-  
am latitudo est aurei circuli, qui re-  
gum capita cingit & clericorū am-  
bit, ut in eis impleatur quod Petrus  
dicit: Vos estis genus electū regale I. Pet. 2.

E 5 Sacer-

98 DE OFF. EPISC.

Sacerdotium. Non autem Clerici nostri comam nutriunt, & postmodum tondeant, sed antiquitus Nazaræi: quia illud pertinebat ad legis velamen, istud autem ad Euangely reuelationē. Unde Moyses ponebat velamen ante faciem suam, & Nazaræi nutriebant comā: quia qui tunc velabantur, modo reuelantur, secundum illud Apostoli: Cum transierim ad Christum, auferetur velamen. Sunt autem duo genera Clericorum, quidam enim sunt Ecclesiastici, quorum regulā determinauit Augustinus & Isidorus in 2. lib. de officijs: Quidam vero Acephali, qui nec inter Laicos, cum non secentur eorum officia, nec inter Clericos, quippe cum religionem vitae non habeant, sunt deputandi, sed hypocentauris similes, neque homines sunt, neque equi, sed, ut ait Poeta, Mistumq[ue] genus prolixq[ue] biformis.

Exod. 34.

2. Cor. 3.

CAP.